



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 26. Alia fidei Confessio a Prælatiſ ad Regiſnam tranſmiſſa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1561.

§. XXVI.

*Alia fidei Confessio a Prælatiſ ad  
Reginam tranſmiſſa.*

Hæc cenſura, poſtquam ab Episcopis fuerat examinata, die nona Octobris ad Reginam transmittebatur unacum quadam epistola, in qua Præsules fusius enarrabant, quod tam in publicis, quam privatis colloquiis, ut Calvinistæ ad veræ fidei semitam, finumque Ecclesiæ revocarentur, nil intentatum fuerit relictum, eorumque errores, ac blasphemias fuerint conſutatae, sine ullo tamen fructu, „hinc, inquebant Præsules, ad sacram Majestatem vestram „transmittimus fidei confessionem circa „Eucharistiam, cui ut subscribant, ac „seſe ſubjiciant, compellendi ſunt Calvinistæ: si vero id renuerint, tanquam „homines haud sanandi, atque in ſuis „erroribus, ſuaque contra Ecclesiam „rebellionem obſtinati de regno Chriſtianissimo, in quo nulla unquam hæresis fuit tolerata, extirpandi ſunt. „Porro confessio, quam Præsules confecerunt, fuit hæc: „Credimus, ac profitemur, quod in Sanctissimo Altaris „Sacramento verum Corpus, & Christi „Sanguis ſit realiter, & tranſſubſtantialiter ſub ſpeciebus panis, & vini per „virtutem, & poteſtatem divinam verbi „a Sa-

„a Sacerdote prolati, tanquam solo Mi-  
 „nistro ad id ordinato juxta præceptum,  
 „& institutionem Christi Domini.,”

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1561.

## §. XXVII.

*Calvinistarum Confessio ab iisdem Præ-  
 sulis reformata.*

Postea iidem hi Præsules posteriorem  
 Calvinistarum confessionem, quæ ad  
 Reginam fuerat transmissa, hac ratione  
 emendabant. „Credimus, ac confite-  
 „mur, quod Sacerdos Minister a Chri-  
 „sto Domino ordinatus, in Sanctissimo  
 „Altaris Sacramento det verum Cor-  
 „pus, verumque Christi Sanguinem sub  
 „speciebus panis, & vini, & hoc quidem  
 „per virtutem efficacem verborum, qui-  
 „bus Christus in Institutione hujus  
 „Sacramenti usus est. Profitemur e-  
 „tiam, quod nos teneamus, & mandu-  
 „cemus verum Corpus, sacramentali-  
 „ter, spiritualiter, & vere ad salutem  
 „nostram, si per fidem, ac sufficienter  
 „probatis nostris conscientiiis illud re-  
 „cipimus, secus autem illud manduce-  
 „mus ad damnationem nostram: quo-  
 „niam vero fides, quæ Verbo Dei inni-  
 „titur, res promissas facit præsentem,  
 „nam siue credamus, siue non, verbum  
 „tamen suam exerit virtutem, hac ra-  
 „tione fatemur veram, & realem præ-  
 „sentiam Christi Domini, quem non mo-  
 „do